



PALAESTRA LATINA

SUMMARIUM

QUID TUA INTEREST? MEA NIHIL REFERT. (Emmanuel Jové).

INTER SCHOLARES.

IN ADVENTUM VERIS. (H. Martí).

TRICLINIUM. (I. González).

COMMERCIUM EPISTULARE.

DE LAOCOONTE. (Phidiacus).

OCCURSUS NECOPINATUS. (Philoponus).

DE CONSTITUENDIS DEMINUTIVIS. (L. Fanlo).

EXERCITATIONES SCHOLARES.

PALAESTRICUS EPHEBIS SUIS.

MONS SERRATUS. (T. Planas).

PER ORBEM.

BIBLIOGRAPHIA. (Giral, Pastó, Jové, Otazu).

Ordinarii atque Superiorum permissu

B i b l i o g r a p h i a

Turolla. «LUCRECIO» (*Psicografia*)

A. F. Formiggini, ed. Romae.

Auctor hujus opusculi propter documentorum inopiam nihil de natali die atque defunctione Lucretii refert, quem ideo alterum Homerum appellare possumus. Paucis profecto ex historia scimus de Lucretii vita. Probatibiliter e genere nobili natus. Romae intra 99 ante J. C., mortuus est. Tantum ad nos pervenit didacticum opus, biographicis cum indicis, quae lectio forsitan ejus poëmatis lectoribus suggerat e. g. poëtae dementia atque suicidium. Depingere vero Lucretii figuram hœud difficile Turollae videatur, cum ejus opus ad nostrum tempus, labentibus annis, fere incolume pervenerit.

In adumbranda poëtae psicographia auctor attente considerat non intelectualis deformationem indolis quam libidines et hominis et scriptoris universam in systematis rationem inducunt, sed systematicam exclusens expositionem doctrinae epicureæ, tantum curat et studet ut emineant et consocientur affectiones illae quae circa Lucretium in poëmate adparent confusae.

Per legentibus poëma Lucretius facile adparet Epicuri discipulus, qui longe ab hominibus vitam exegit et negotiis. Paucos habet amicos, quos inter recensem Stennius, quemque totis viribus in Epicuream doctrinam ad dicere conatur.

Hoc omnino Lucretium distinguit quod praesentem damnat vitam, alterius melioris præ oculis habens visionem.

Attilio Levi. «AUGUSTO» (*Psicografia*). - *A. T. Formiggini, ed Romae.*

Marius Attilius Levi hoc in libello Augusti indoli percunctanter studet. Præ primis nota nobis facit populi

Romani adjuncta, Caesare interfecto, cuiusin locum tunc succedere videbatur metuendos M. Antonius; sed subito in hunc certamini se obfert minax Augustus et vincit, et sese imperiali præcinctus diadematate. Augusti vitam auctor hujus opusculi sedulo enarrat atque gesta.

Augustus potest dici «Patriae Pater» qui sane bene meritus est de Romanis, cum Romae nomen et traditionem et aestimationem coleret, servaret atque in gloriae fastos extolleret.

J. M. GIRAL, C. M. F.

Malcovati. *L'Affetti e sentimenti nella poesia di Virgilio.* 1931, 22 pag.

In hac collatione quam habuit XVIII Kal. Febr. E. Malcovati dulcissimam Vergilii animam explorare, e jusque suaviores percutere fides intendit. Quambrorem præcipui, non omnes, qui in Vergilianâ poësi affectus suaviore splendent fulgore celebrantur. Licet tam multa de Vergilio ab ejus nativitate bis millesimo recurrente anno scripta sint, has etiam breviores paginas jucundissime et legendendo percurres et gustando.

Faider, P. *Répertoire des éditions de scolies et commentaires d'auteurs latins*. 1931, pag. 48.

Haud ignotus litteris Latinis operam navantibus P. Faider, notior meo judicio evadet hujus repertorii publicatione. Brevis 48 pagellarum ambitus indicem continet veterum commentariorum et glossarum circa præcipuos Latinitatis auctores numero 24. Locupletior exstat cum de Ciceroni, Horatio, Juvenali, Terentio, Vergilio sermonem habet. Quantum vero referat huiusmodi indices in prompu habere nemo non videt, eo vel maxime quod incompleta plura hac de re scripta sint opera. R. Pastó, C. M. F.



MENSTRUUS DE LATINITATE COMMENTARIUS

Premium subnotationis annuae, solutione antelata, est 6 pessetarum in Hispania, 7 in America et Lusitania, 8 in reliquis civitatis. Premium mittatur oportet ad Administratorem: CERVERA (Lérida) - Universidad - España.

Quid «tua» interest? «Mea» nihil refert⁽¹⁾

A) **Sunt accusativi plurales.** Qui sunt ex adverso non invitati genitivos nominum et pronominum verbis *interest* et *refert* adpositorum, ab implicito aliquo nomine substantivo regi, sine quo grammatica ratio constare non potest, idque nominis patiuntur esse *negotium* aut simile quidquam, *officium*, *munus*. Despauterium audiamus qui secum alios auctores producit: «Tullius: *interest omnium* recte agere, id est *omnium officium* est vel ad omnes pertinet, testibus Mancinello et Nebricensi.⁽²⁾ Propius accedunt ad nos loquentes de verbo esse conjuncto cum possessivis *meum*, *tuum*, *suum*, *nostrum*, *vestrum*. «Cur non dicimus — inquit Despauterius — *est mei*; *tui* etc.? Quia in est subauditur nomen neutri (sic) generis *munus* vel *officium*. Non dicimus *officium mei* sed *officium meum*, *tuum*, *suum*; ideo vult in neutro genere *meum*, *tuum*. Jam vero scimus ejusdem fere esse significationis et constructionis verbum esse ac verba *interesse* et *referre* cum nominibus et pronominibus: *Magistri est* (*interest*, *refert*) docere discipulos: ejusdem est (*interest* *refert*) eos educare. Cur, cum ipse loquor, non dico *interest mei*, *refert mei*? Cui rei rationabiliter respondebis ut Despauterius: quia in inter-

(1) Vide num. sup. p. 91.—(2) Comment. Gramm. L VIII, Reg. 15.

*est vel refert subauditur nomen neutrius generis, sed in plurali: munera vel officia vel negotia. Quidni? Quo tandem innititur—in quimus—negatio vestra? Respondent continuo: Accusativi in *a* sunt quantitate breves, sed *a* finalis eorum possessivorum longa invenitur esse. Ac protinus iambicum exhibent Terentii versum:*

Etiam/ dota/ tis sole/ o. Quid id/ nostrā/ nihil (Phorm. V, 8, 47)
et fortassis quoque illos Plauti:

Meā/ quidem/ ⁽¹⁾ istuc/ nil re/ fert tua e/ go hoc, faci/o gra/ ia
(Pers. IV, 3, 68)

Periis/ se cre/do. Quid id/ meā/ refert/ ego ar/ gentum habe/o
(Burc. IV, 2, 44)

Haec inficiari nolo; attamen sunt plures versus alii, non minus clari, in quibus corripitur *a* de qua disputamus, ut in illis trochaicis:

Derit./ Id meā/ minime/ refert/ qui sum/ nctu/ maxi/ mus
(Ter. V, 4, 27)

Nesci/as: ve/ rum tuā/ refert/ nihil u/ trum illae/ fece/ rint.
(Ter. Hecyr. IV, 3, 12)

Quid re/ i est tuā/ quod nil/ refert/ per con/ taris/ desi/ nas
(Ter. Hecyr. V, 3, 12)

et in totidem iambicis:

Datum es/ se do/ tis. Quid/ malum id/ tuā re/ fert? Mag/ni De/ phimo
(Ter. Phorm. VI, 5, 11)

Fac tra/ das meā/ nil re/fert dum/ poti ar-mo do (Ter. Eun. II, 3, 28)
Illuc/ configi/es: quid/ meā num/mihi/ datum est. (Ter. Haut. IV, 5, 45)

Ex his facile concludes eas finales non semper fuisse longas sed summum ancipites apud illos poëtas qui aetatem auream prævenerunt. Quin immo, cum in eorum carminibus saepius breves reperiantur quam longae, potius adfirmaverimus eo tempore non nisi ex exceptione longas habitas esse. Quod nedum obstet quominus eas accusativos plurales judicemus, eo magis credere adducimur quod, ut notat Sommer, apud antiquissimos Latinorum etiam accusativi in *a* fuerint producti quorum restat exemplum in Plauto:

Cete/ rā quae/ volumus/ uti/ Graeca/ merca/ mur fi/de (As. I, 3, 47)
et alia in Ennio.⁽²⁾

Jam demus aetate aurea longas semper fuisse ejusmodi *a* finales quod plerique grammatici recentes, tique optimi, pro certo constituere videntur, at nullatenus probant. Quid tunc? Inde non esse accusativos affirmare cogemur? Nihil minus: ea namque pronomina: soluta sine coniuncto nomine, quasi in adverbia abierunt, quo in casu quid mirum si longa devenerint, cum id contigisse videamus aliis

(1) Hic locus corruptus esse creditur. —(2) Handbuch der Lateinischen Laut- und Formenlehre, 203.

vocabulis, neque paucis: ut *postea ex post-edā, interea ex inter-edā, praeterea ex praeter-edā*, cet?

Stamus igitur in arce qui etiam concedentes tales a finales productas fuisse aetate aurea, non ideo ablativos origine, sed accusativos esse declaramus.

B) Non sunt ablativi singulares. Amplius urgentes quaeramus ab adversariis quid suppleant illi cum in ablativo ponant possessiva *mea, tua* cet., orbata nomine substantivo. «Nihil – inquiunt – quia substantivo nomine esse orbata, omnino negamus. Tum in *interest*, tum in *refert* est explicitum substantivum *re* quicun ea concordare dicimus. In primo quidem habemus praepositionem *in*; postea *ter* quod inversum est *re*, addito euphonica *t*, ut facilius verbo *est jungatur.*» Sic Despauterius: «*Interest* unde componitur? Distingo, nam quando significat *utile esse*, *ad rem* pertinere componitur ab *in re est* et vocalitatis gratia pro *re* dicitur *ter.*» Rem ridiculam sane! Sanctius id merito inridet neque accipit ipse Vossius (in quaestione est ab adversariis) cuius sunt haec verba: ⁽¹⁾ «*In interest* quidam, cum differentiam notat, componi agnoscent *ex inter* et *est*; at cum utilitatem indicat, factum ajunt *ex in re est*. Sed falluntur quia non magis *re* potest esse verbi pars cum dico *interest mea*, quam cum dico *mea interfuit.*» Clarius: illa vocalitatis ratio, de qua supra Despauterius, non remanet in *interfuit*, et tamen ibi non dicitur *inrefuit mea*. Neque est cur tam inanem explicationem amplius insequamur.

Quid autem de *re* quae invenitur in *refert*? Negamus ante omnia cum Perizonio *refert* componi ex genitivo *rei* et *fert*, quae compositio nihil explicat. Eam inductam esse cognoscimus dumtaxat ut quantitas *re* syllabae declaretur longa, ex contracta diphthongo *rei* in *re* hujus verbi *refert*, quoniam certe illi syllabae apud poëtas semper duo tribuantur tempora. De quo Sanctius: «Verrius Flaccus apud Festum *refert* opinatur *rei fert*, quo nihil ineptius puto, quodque ideo miror probatum etiam a Vossio.» Ipsum Sanctium credimus errare quando cum Scaligero vocabulum exponit ex nominativo *res* et *fert* conflatum, quasi *refert* directe et active significaret *res fert* (seu repraesentat) *mea (negotia)*, quod conruit ex sese animadvertenti nullam cum *refert* fieri orationem quae proprium atque explicitum aliud a *re* non habeat subjectum: non adscripsi id, quod (subj.) tua nihil referebat (res ferebat?) (Cic. Fam. V, 20, 5); patefacit Sulla faciendum ei (regi) aliquid quod (subj.) illorum magis quem sua retulisse (res tulisse?) videretur. (Sall. Jug. III, 1)

Quid ergo? Concedimus ultro *refert* compositum esse ex ablativo *re* et *fert*, immo iis non obsistimus, qui cum Alfredo Fleckeisen⁽²⁾

(1) **Vossius.** Etym. Ling. Lat. in Sum. — (2) P Ter. Afri. Comoediarum Ed. Teubn. MCMXVI.

non conjunctim quasi unum verbum, sed separatim scribunt semper *re fert*. Non ideo tamen *re* concordare adjungemus cum adjectivis *mea, tua, sua, nostra, vestra* in ablativo casu. Tunc *re* nihil aliud sibi vult quam *revera, reapse* (en realidad) ut videlicet in exemplis Terentianis supra laudatis haec omnia intellegere debeamus: id *mea* (negotia) minime *re* (vera) *fert*; verum *tua* (negotia) *re* (vera) *fert* nihil, utrum illae fecerint; quid id *mea* (negotia) *re* (vera) *fert*? Quod ad verbi *referre* significationem vere activam, haec nulla est alia quam prima et propria ejusdem, sc. *portare*. Fas est similia consulere exempla ex aliis locis advecta: Clanculum patres faciunt quae fert adulescentia (quae ad adulescentiam pertinent) (Ter. Andr. II, 6, 12). In hac ratione quid res, quid causa, quid tempus ferat (quid proprium sit uniuscujusque causae, temporis) (Cic. I Fam. 7, 6). Nunc alia adducimus quae ad ablativum *re* spectant: Peripatetici et Academicci non in omnibus differentes *re* congruentes (Cic. IV Acad. 5 ad fin.); ut in omnibus factis *re*, non teste moveamur (Cic. I Fin. B. et M. 16 ad m.)

Conclusio. Manet igitur dilucidatum satis, tum in *interest* tum in *refert, mea, tua, sua, nostra, vestra*, cuja pronomina esse in accusativo plurali constituta cum voce *negotia* (vel *munia, munera, officia*) implicite (olim explicite) concordantia. Jam ab aurea aetate adverbialiter sumpta atque ideo longa quantitate a finalis sicut in *anteā, posteā, praetereā, intereā*; e contra non esse in ablativo cum *re* copulata ex *in* et *re-t* (inversum *ter*) et *est* in *interest*, neque cum *re* ex *refert* quam tamen syllabam longam esse agnoscimus, non ex contratione *res* aut *rei*, sed ex positione ablativi casus.

EMMANUEL JOVÉ, C. M. F.

INTER SCHOLARES

—Spondeo te nescire, mi Angele, quomodo recte declinetur *nemo*.

—*Ut sermo, quod didici.*

—*Falleris omnino.*

—*Declina tu aliter, sodes.*

—*Sic nos docuit magister noster:*

N. *nemo = nadie.*

G. *nullius.*

D. *nemini.*

Ac. *neminem.*

Abl. *a nullo.*

—Nunc autem a te requiro quo modo declines *nihil = nada*.

N. *nihil.*

G. *nihil.*

—*Jam errasti etiam tu.*

—*Corrige, sodes.*

—Audi veram hujus pronominis declinationem.

N. *nihil.*

G. *nullius rei.*

D. *nulli rei.*

Ac. *nihil.*

Abl. *nulla re.*

—At ego vidi saepe genitivum *nihil* et ablativum *nihilo*.

—Est quod dicas, sed istius modi tum genitivus tum ablatus adhibentur tantum in locutionibus quae notant pretium: homo *nihil*; pro *nihilo* habere.

—Visne tu tandem scire quem verum habeat genitivum *alius*?

—Dic citius: *verus ejusdem genitivus aliis non est quam alterius.*

IN ADVENTUM VERIS

Cessit jam rapidus Boreas, secundaque nimbis

Cessere taetra nubila

Brumaque fugit iners.

Frigora jam pereunt, surgit nova temporis aetas,

Zephyrusque rursus advenit,

Vere tepente, lenis.

Induitur placidam tellus recreata juventam,

Gelu soluta frigido

Dulce virescit humus.

Arboribusque comae redeunt, sua gratia campis,

Pratumque vernal gramine

Multicolore satum.

Adspice quam multis decorentur floribus horti,

Et aura serpat mitior

Frondibus arboreis.

Vere novo, ridentque dies, caelumque sereno

Coruscat igne, splendido

Cum juga sole rubent.

Jam philomela suos, foliis protecta novellis

Sub luce cantus incipit,

Dum nemus omne silet.

Nec cessant volucres voces inflectere cantu

Atque dare gratos undique

Laeta per ora sonos.

Ludit inaequali calamo jam solis ad ortus

Molli recumbens caespiti

Dux gregis inter oves.


Nunc pulsare juvat citharam, nunc veris honores

Celebrare, sed gaudet mihi

Musa negare modos.

H. MARTIJA, C. M. F.

TRICLINIUM



Bona vocabularii idiomatum pars eis vocibus hauritur, quae ad res culinarias designandas pertinent. Adeo et ingenium in magtra valuit et industrialis, nisi ex incuria aut ignorantia, nescio qua de causa libri, libelli merive catalogi, qui hujus modi voces conlegunt, eis de re technicismis scateant, quos loquendi sartaginem dixeris. Evolve, sodes, ipse Hispanicam hujus rei in fasciculis dispersam conloquioram nomenclaturam, atque facile vestigia, cum in vocibus tam maxime in phrasibus, vicinae rei publicae persequeris. Quam ob rem sic ubi cotidianae vitae nominatio rerum est intricata, id plane evenit in lexico culinario, quasi de nominibus nihil, de re dumtaxat invehenda nova in mensas careamus.

Hac certe in re Latinorum vocabularium multo quidem parcus et facilis, quia et vita multo erat simplicior. Quodsi nonnihil, eunte tempore, fit plenius, ex lingua Graeca, iugi vocabulorum cudendorum fonte, consequitur emolumentum. Qui autem lingua Latina rem hac nostra memoria caraverit evolvendam, multis abs dubio difficultatibus praepediatur necesse est, neque illis a lingua solum nascentibus sed ab hodierna etiam, quae omnes vires hominis complectitur, implicatione rerum. Quo tamen non obsstante, praestat, ut ad omnia vitae argumenta ea lingua utamur. Pictura igitur, quam tibi hodie obferimus, ansam praebet, quidquam ut de eis disseramus rebus, quae pertinent ad victimum hominis et potum. Ibi depingitur triclinium cum instrumentis, quae in mensa adhibentur, communioribus. En eorum tibi et latine et vernacula nomina:

1	Florero	<i>florarium</i>	27	Estuco	<i>tectorium</i>
2-6	Copa	<i>poculum (1)</i>	28	Aparador	<i>abacus</i>
7	Botella (de agua)	<i>lagoena</i>	29	Conservas	<i>salgama, orum</i>
8	Sopera	<i>patina, magis</i>	30	Escabeche	<i>muria</i>
9	Cuchillo	<i>cultus</i>	31	Queso	<i>caseus</i>
10	Cuchara	<i>cochleare</i>	32	Bollo	<i>pastillum</i>
11	Tenedor	<i>furcilla</i>	33	Requesón	<i>lactarium</i>
12	Fuente	<i>paropsis-idis</i>	34	Almirez	<i>mortarium</i>
13	Pinzas	<i>volsellae</i>	35	Escaño	<i>scabellum</i>
14	Entremés	<i>minutal</i>	36	Faja	<i>fascia</i>
15	Plato	<i>tryblium, catinus</i>	37	Tablero	<i>tympanum</i>
16	Mantel	<i>mantile</i>	38	Cornisa	<i>corona</i>
17	Puntilla	<i>acupictile</i>	39	Artesonado	<i>lacunar</i>
18	Servilleta	<i>mappa</i>	40	Florón	<i>flos</i>
19	Mondadientes	<i>dentiscalpium</i>	41	Pantalla	<i>radiaculum</i>
20	Frutería	<i>calathus</i>	42	Esmeril	<i>smyris</i>
21	Cortina	<i>siparium</i>	43	Lámpara	<i>lampas</i>
22	Botella (de vino)	<i>ampulla</i>	44	Armario	<i>armarium</i>
23	Pavimento	<i>pavimentum</i>	45	Jícara	<i>scyphulus</i>
24	Tapete	<i>tapes-étis</i>	46	Cafetera	<i>cafearium</i>
25	Estufa	<i>laconicum</i>	47	Platillo	<i>catillus</i>
26	Tubo	<i>tubus</i>	48	Sacacorchos	<i>extraculum</i>

Primaeva temporum aetate Romani prandium solummodo et cenam in refectionem corporis sumebant, quibus quidem fentaculum addiderunt posteri. Haec primis diei horis refectio habebatur ac saepius constabat pane vino aut melle peruncto cum uvis siccis, lacte, caseo, olivis. Sub meridiem vero prandium ex cibis levioribus edebant, cum calidis tum frigidis, quos inter ova, pisces, crustacei, olera, fructus. Mulso in ea refectione uti et calida ad potandum soliti sunt. Praecipua autem apud illos comedio cena, quae ad vesperam consumebatur eamque dapsile, conviviorum nostrorum instar, agitabant. Illa omnino non tantum corporis erat refectio, sed animi etiam, unde conloquii, ludis, musica concelebrabatur. Commode ergo de amicitia agens, haec Cicero in ore posuit Catonis: «Bene maiores adcubitatem epularem amicorum, quia vitae conjunctionem haberet, convivium nominarunt, melius quam Graeci, qui hoc idem tum copotationem tum concenationem vocant, ut quod in eo genere minimum est, id maxime probare videantur». (2)

Jamvero in cena tres distinguebantur partes seu missus: gustus seu promulsis, eis nempe obsonis conflatus, quae orexim moverent, ut apala, embammata, minutalia, lactucæ; fercula, in quibus variae carnes, ut agnina, bubula, suilla, vitulina, aves, pisces adhibebantur; secundæ mensae, quae fructibus, bellariis, paucis, generis omnis constabant scitamentis. (3) Potus autem in cena ratio haec: in primo missu seu gusto propinabatur mulsum; lauta vina in ferculis; spumosa in mensis secundis. Usitatoria vina, caecubum, calenum, falernum, massicum vario ex campo conlecta, pro eo atque hodie vina burdigalensis, campanica. Praeter has corporis refectiones, fentaculum, prandium, cenam, alia recentius ab aliquibus inventa fuit, quae antecenii vel merendæ nomen audit, quaeque prandium inter et cenam sumebatur.-I. GONZALEZ, C. M. F.

(1) Habet hic varium poculorum in mensa usitatorum genus et magnitudine et fine inter se dissimilium. Singuli si forte nomen ipse dare voles peculiare, en praecipua transcribo antiquitatis poteria, eaque aut in mensa aut in sacrificio adhibita, quorum seliges comodius: Aryena, bria, calathus, calix, capis, carchesium, conglarium, cratera, cultigua, culillus, cyathus, diatreta, gaulus, manus, patella, patera, phiala, pocillum, poterium, sciphus, simpulum, testa, vas. - (2) Cato Mai. 13, 45. - (3) Variae quidem erant cupidiorum apud Romanos species hodiernis non multo absimiles. Tamen earum inter se conlatio hic minime loci quadraret. Abundantiae vero causa praecipiorum hic tibi nomen dabo: artolaganus, bucellatum, butyrum, colostra, copta, tremor, crustulum, cydonitum, dulciola, laganum, laterculus, lucus, placenta, pulcralia, scribilia, spaerita, tragedia. Cf. sis Commentarium «Alma Roma» ann. X, pag. 200 ubi nonnullorum ipse vernaculae a nostro Patre Emmanuel le Jové horum cupidiorum aptata reperies.

Commercium Epistulare

Emmanuel Jové Raphaëli Santarelli viro clarissimo, S. P. D.

Has litteras cum legeris, male formido ne animo deficias et dolore nimio corripiaris. Narro tibi tristitia oppresus: amicus ille tuus Domitius Ramos Frechilla (1) die 9 hujus Februarii mensis auxiliis ecclesiae refectus animam Deo reddidit. Quem tu luges amicum, omnes fratres et socii Congregationis nostrae maximo maerore piissimum fratrem atque eum insignem prosequimur. Quod ad te scripsi, si forte aliunde non venerit fatalis nuntius, ut precibus et piacularibus adjuves amissum, quem superstitem diligebas. Morbi causas atque mortis adjuncta mihi hoc tempore omnino sum ignota. Vale.

Cervariae dabam Idibus Februarii 1932

Raphaël Santarelli Emmanueli Jové, V. C. Salutem dici

Quo sim quantoque affectus maerore, postquam e litteris tuis fatalem nuntium accepi, verbis expromere nequeo. Lacrimis improviso obortis destiti in legendo, cum ad finem usque epistolae progredi non valerem. Noscite ex hoc omnes, quotquot Domitium Ramos fratrem sociumque dilexeritis, quo desiderio absentes et longinqui prosequeremur amissum.

Anno ineunte litteras ab illo acceperam, vota plurima in annum faustum atque felicem adferentes. Rescripsoram Idibus Januarii, grates ei agens quam maximas; eumque rogaveram ut piacularibus precibus Omnipotenti Deo animam Horatii Marucchi commendare vellet, die post obitum Magistri optimi anniversaria prima; itemque in Commentario «Ilustracion del Clero» Virum clarissimum in memoriam Gentis Hibericae revocaret. Addebam insuper magna me esse in spe, fore ut illum in Urbem quandoquidem reversum amplexari valuerim.

O spem fallacem, o dirum et lacrimabile fatum! Nunquam posthac amicum, adeo dilectum, mortalibus oculis aspiciam: quem in caelesti Urbe tantum, uti spero firmissime, revisurus sum.

Deum interea, bonorum omnium Largitorem, summis precor votis, animae dulcissimae det, facilis ac volens propitius, sedem beatitudinis et luminis claritatem. Si quid forte de adjunctis in obitu amici nostri jam tibi compertum sit, rogo ut me certiore facias; item ea, quae de ejus vita operibusque conscripta atque edita sint futura, ad me remittenda cures.

Dabam Romae XII Kal. Mart. An. Dom MCMXXXII; a Fasc. renov. X

(1) Qui commentarium nostrum «Ilustración del Clero» legunt adsidue, virum clarissimum Rdum. P. Domitium Ramos Frechilla satis neverunt. Natus Iteri in loco provinciae Palentianae die 3 m. Octobris, anno Domini 1887: adulescentulus in nostram Congregationem ingressus est ubi humanioribus litteris bene institutus vota nuncupavit anno 1905 in tirociniis Segoviensi. Superatis mirifice studiorum cursibus Romam venit ut Juri Canonico operam navaret, quod studium cum linguis sapientium et Sacra Scriptura amice conjunxit. Ibi qua erat ingenitale et simplici animo dulcissimas sibi conciliavit amicitias hominum clarissimorum quos inter neque sane novissimus erat amicus etiam noster Raphaël Santarelli cui brevissimis his litteris tantam hominis jacturam statim nuntiavimus. R. I. P.

DE LAOCOONTE

Laocon abs dubio illa est antiquitatis sculptura quae a Ranato usque ad nostram memoriam maximum sibi comparavit nomen. Sed non hodiernae tantum generationes hujusmodi «artis miraculum atque expressionis»—Michaëlis Angeli verbis utor—conspexerunt stupore plenae, sed illius aspectu priscorum animi etiam obstu- puerant. Causa Plinius secundus, qui eam apud Titum erat persaepe contemplatus, his verbis no- bis suam sententiam legavit: est Laocoön «opus omnibus et picturae et statuariae artis unice aestimandum.» Eadem ab Agesan- dro ejusque filiis Athenodoro et Polidoro scholae Rodensis (Saec. I a. J. C.) confecta erat. A Tito imperatore ad deus palatii atque ornamentum est primum adducta; deperit postea, quo ad usque ineunte saeculo XVI, ab agricola quo- dam, Felice de Fredis, die decimo quarto m. Januarii 1506 sub terra inventa est tanti momenti pretiique sculptura. Nuntium ad Pontificis Julii II pervenit aures, qui statim Julianum de Sangallo et Michaëlem Angelum eo legatos mi- sit. Quam cernentes sponte Laocoonta noscitarunt. Certior factus et ipse Pon- tifex est illuc profectus. Demum opportune restituta et Romam translata, aditu triumphali recepta fuit. Hodie locum Belvederis occupat praestantissimum.

Rodensis schola, sicut etiam Pergamena, scaenas terribiles vehementis- simē excitantes, quibus spectatorum animi ab imo agitantur, repraesentare avebat; in illis florebant, ut ita dicam, auctores quos nostris diebus antiquitatis baroccos appellare possumus, licet eis, ceteris omnibus posthabitis ex saeculis XVII, XVIII, adumbrationem sublimiorem concedamus. Sic mirandum in vol- gatissimi Templi Pergameni pavimentis atque in sculptura Taūri Farnesii et in nostro Laocoonte. A Vergilio (Aeneis II-222-30) depictam scaenam repre- sentat. Laocoön Neptuni sacerdos, una cum filiis ad sacrificandum pergit; sed angues innensis orbibus incubiti pelago pariter ad litora tendunt eosque pe- tunt: et cum, agmine facto, eos corripiissent ac spiris ligassent ingentibus, Laocoonta suffocant natosque, qui miserrime exhalant spiritum, et simul horrendos tollunt ad polum clamores

*qualis mugitus, fugit cum sauciis aram
taurus et incertam excussit cervice securim.*

Ethnicorum pulcherrima imago qui adoratis numinibus expirant oppressi, clamoremque ad sidera levant ac si Messiae jam jam venturi misericordiam expectarent! Ad augendam scaenae terribilitatem auctor dolores duos uno in opere affabre conjungere novit: dolorem, nempe, physicum a morte ex suffoca- tione inlatum, doloremque mortalem genitoris, qui filios videt in extremo ver- santes agone, impotens auxilium ferre. Pater turgidum habet pectus, musculos et venas in pelle signatos maxime. faciem adeo contractam ut nemo homo in tanta tensione vitam possit conservare. Sed omnia ad eundem finem conspi- rant, ut terroris nempe impressionem magis magisque in opus contemplanti- bus excitent. Haec ergo non inmerito sculptura, invitis detractoribus, admiratio maxima hominum erit ut magistra ex qua deorum paganorum potentiam ad generi humano salutem adipiscendam omnes facile ediscent.—PHIDIACUS



Occursus necopinatus

ANTONIUS ET BERNARDUS

- A. — *Salvus sis commiles! Quam diu est, cum te non vidi!*
- B. — *Salve et tu, mi Antonil Gratum quidem occursum!*
- A. — *Quo te adeo citus conferebas?*
- B. — *In trahaculi stationem: ibi negotiorum comitem opperior, qui modo veniet Barcinone.*
- A. — *Gaudeo medius fidius! Quo vero in statu negotia tua, amicorum optime?*
- B. — *Omnia vento cursum tenent secundo, Deo gratias. Tibine autem bene vertit?*
- A. — *Mediocriter, ne dicam infauste.*
- B. — *Quid ais modo, Antoni?*
- A. — *Id ipsum, quod audis, Bernarde. Locatio superior multo hac erat commodior in eaque pecuniae plus lucrabar.*
- B. — *Quid igitur eam liquisti?*
- A. — *Lacrimae rerum, amicel Pessetarum ego colore adlectus, negotiations cum amico patris contraxi, qui divitiis difluere videbatur, mihique pollicebatur maria atque montes...*
- B. — *Quid vero nunc, promissis nullis stetit homo?*
- A. — *Quid, malum, stare! Illi tandem adduxi manum, cumque jam modis putarem metiri nummos, spes tota omnino evanuit. Eae, amice, sunt angustiae rerum..!*
- B. — *Doleo sane vicem tuam! Quam certe illud verum est: bis dat, qui cito dat! Neque adeo, opinor, animam debes?*
- A. — *Nihil minus, amicorum optime: alacrior quippe sum, quam mea ut fortuna desperem; dum spirabo, mi Bernarde, sperabo.*
- B. — *Peracre in pectore acetum habes; id vero maxime, amice, laetor.*
- A. — *Immo etiam, una si cum pelle mea essem, tamen audaciae molimentis usque*

ANTONIO Y BERNARDO

- A. — ¡Muy buenas, amigol! Y ¡cuánto ha que no nos veíamos!
- B. — ¡Muy buenas, Antonio! ¡Oh encuentro en verdad dichoso!
- A. — ¿A dónde ibas con tantas priesas?
- B. — A la estación: allí espero a un amigo mío de negocios, que va a llegar de Barcelona.
- A. — ¡Me alegro, hombre! Y ¿cómo van tus negocios, amigo del alma?
- B. — Todo va, gracias a Dios, viento en popa. Y ¿en tu casa, va todo bien?
- A. — El negocio va mediana, por no decir infaustamente.
- B. — ¿Qué es lo que dices ahora, Antonio?
- A. — Lo que oyes, Bernardo. La colocación anterior era mucho más cómoda que ésta, y en ella ganaba mucho más dinero.
- B. — Pues, ¿cómo es que la dejaste?
- A. — ¡Miserias de la vida, amigol! Atraído por el brillo de la peseta, entablé negociaciones con un amigo de mi padre, que parecía muy rico, y me prometía el oro y el moro...
- B. — Y qué, ¿no cumplió su palabra?
- A. — ¡Qué, diantre, había de cumplir..! Al fin entablé relaciones, y cuando me parecía ya nadar en la opulencia, todo se esfumó. ¡Tal es, amigo, la estrechez de las cosas..!
- B. — ¡Siento en verdad tu desventura! ¡Y cuán cierto es aquello que: más vale pájaro en mano que buitre volando! Con todo, ¿supongo que no estarás muy adeudado?
- A. — De ningún modo, camarada: soy demasiado optimista, para que desconfie de la fortuna; mientras viva, Bernardo, esperaré.
- B. — Tienes en verdad un corazón de oro, y me alegro de ello, amigo.
- A. — Y por bien que me encontrase con sola la piel, no por esto desconfiaría

- fiderem. Ea mihi indoles semper fuit*
- B.—*Neque inmerito sic te geris; nam tetricos in his terris homines melancholia perdit. Omnia autem rerum tristissimum emori in manibus illius incubil*
- A.—*Meum in animum est ingressa nunquam melancholia, neque ea in vita fractus fui.*
- B.—*In virum qualis es, non cadit illa comes. Ea autem in mente juvenis quid esset miri, quippe cui illud semper in anima: post nubila, phoebus.*
- A.—*Est etiam, ni fallor, illud: Vulpes pilum, nullos inmutat mores.*
- B.—*Video te vel philosophari ad dicisse, Antoni..!*
- A.—*Atque istud, amice, etsi non queo dicere extremam me necessitatem vidisse...*
- B.—*Tu autem ignoscet; dimitte me jam in stationem; urget enim tempus.*
- A.—*Trahaculum interposita mora usque venit...*
- B.—*At id ne forte hodie non contingat... Saluta mihi tuos, sitque sane fors domina domus.*
- A.—*Tuque domum saluta mihi, et fac ipse ut sis porro.*
- B.—*Bene habet, amice, atque in regressum.*
- A.—*Multum valeto.*
- de mi industria. ¡Siempre he sido yo así!
- B.—Y con mucha razón te portas de esta manera; porque en este mundo la melancolía se come a los pesimistas, y es tristísimo morir en manos de tal pesadilla.
- A.—La melancolía nunca ha entrado en mi alma, ni me ha dominado jamás.
- B.—¡Claro! no cuadra tal compañía con un hombre como tú. En el corazón de un joven sería ella algo extraña, pues siempre suele tener presente que: después de la tempestad viene la calma.
- A.—Y también aquello, si no me equivo-co que: la fortuna no cambia el na-tural.
- B.—¡Veo que hasta has aprendido a filo-sofar, Antonio..!
- A.—Y esto, amigo, aunque no puedo decir que he visto la necesidad en toda su negrura...
- B.—Ya me dispensarás; me llego hasta la estación, que el tiempo urge.
- A.—El tren siempre suele llegar con re-traso...
- B.—Pero no sea que hoy no suceda así... Saluda a los tuyos y reíne en buena hora la fortuna en tu casa.
- A.—Igualmente, y procura ser siempre el mismo.
- B.—Está bien, amigo, y hasta la vista.
- A.—Adiós. P. PHILOPONUS.

De Constituendis Deminutivis ⁽¹⁾

Hactenus de nominum deminutivorum vi ac sensu; nunc pauca de illorum ratione fingendorum.

Deminutiva universim terminantur prout unius alteriusve generis est positivum ejus, ita nimurum ut quotiens dubitatur de alicujus nominis genere ad deminutivum recurrere licet illiusque genus positivo applicare. Regula verissima exstat; quodsi deminutivum aliquod ab origine videatur in genere discordare, exinde liquet illud vel deminutivum non esse, vel talia deminutiva ab aliis repeti vocibus quae, aut usu jam defecerint, aut olim utroque potirentur genere. In posterioribus est v. gr. *ranunculus* ab antiquo *ranone*, postmodum *rana*, ex qua justè fit *ranula*, et *anguilla* ex *angui* qui femineo quoque genere induebatur; in prioribus vero sunt certa nomina ex verbis praesertim producta, uti *curriculum*, *vocabulum*, quae le-vius a cursu ac voce deminutiva credas.

(1) Vid. Fasc. XIV, pag. 89.

Quae sequuntur regulae, eas substantivis pariter et adjectivis promiscue referes, immo et adverbii ac participiis, quandocumque ea deminuere opus tibi erit. Neque tacebo in verbis etiam inveniri pauca diminutiva (1) quae, quidquid alii senserint, inter frequentativa receserit nequeunt. Hujusmodi sunt ex. gr. *sorbillio-as* (sorber poco y a menudo) a *sorbeo-es*; *novello-as* (poner vides en majuelo) a *novo-as*. Deminutio, ut contingit in priore exemplo, positivi verbi flexionem mutat aliquando. Nihil autem de verbis deminuendis cum parum id fiat.

Regulae terminandi diminutiva:

a) *ulus-ula-ulum* radicali adjectum usurpabis in deminuendis universim nominibus primae et alterius declinationis, et tertiae adhuc sed illorum tantummodo quorum postrema radicalis consonans sit *g* aut *c*, v. gr. *plumula*, *virgula*, *ser-vulus*, *hortulus*, *vox voc-is vocula*, *rex regis*, *regulus*.

b) *ōlus-ōla-ōlum* habent nomina primae nempe ac secundae declinationis cum eorum radicale in vocalem quamlibet desinit; sic *ingeniolum*, *filiolus*.

c) *ellus-ella-ellum* subjungitur cunctis nominibus primae quoque ac secundae declinationis quorum radicalia finiuntur in *r*, aliqua consona praecedente, *ul*, *in*; insuper et quorundam in *er* et *n* quiescentia. Hujusmodi nominum exempla sunt *ager*, *agri agellus*, *oculus ocellus*, *asinus asellus*, *opera opella*, *catena catella*.

d) *illus-illa-illum*. Aliqua exstant vocabula a superiore praecepto excepta sicut et pauca tertiae declinationis quae ita malunt terminari v. gr. *baculum bacillum*, *pugnus pugillus*, *signum sigillum*: *tignum tigillum*, *pulvinus pulvillus*; *codex codicillus*, *lapis lapillus*.

e) *cūlus-cūla-cūlum*. Sic generatim clauduntur nominum radices quae per tertiam et quintam flectuntur declinationem. Inmediate tamen subfiges nominativis tertiae in *l*, *r*, et *s* cadentibus. Optime ergo *cor corculum*, *animal animalculum*; *os osculum*. Excipienda *rumor*, *rumiculos*; *arbor vel arbos*, *arbuscula*; *venter ventriculus*; *os*, *ossis ossiculum*, ut ab *os*, *oris* discordet.

f) Nominativi *s* perit in nominibus quartae declinationis et in tertiae quorum nominativus in *es* fit vel in *is* si simul sine incremento flectuntur. Sic ideo deminuuntur *dies diecula*; *res*, *recula*; *nubes*, *nubecula*; *pulvis*, *pulviculus*: *avis*, *avicula*; *aedes* autem habet *aediculam*.

g) *uncūlus-uncūla-uncūlum*. Sic amant terminari nomina in *o*, *īnis* vel *ōnis* Igitur recte *virgo*, *virguncula*; *ratio*, *ratiuncula*. Sic insuper *avus avuncula*; *domus domuncula*. *fur furunculus*.

h) *īcūlus-īcūla-īcūlum* ita conflantur diminutiva neutrorum tertiae in *n*, universorum quartae declinationis nominum et quorumque in *s* finiuntur post alteram consonam; ex, *cornu*, *corniculum*; *rete*, *reticulum*; *versus versiculus*; *pons*, *ponticus*, *pars*, *partis particula*.

Pleraeque ex his variationibus, ut lectori patet, euphoniae regulis serviunt. Re quidem vera terminatio *lus-la-lum* omnibus diminutivis communis est; igitur si radix in *l* quiescit, diminutivum juste fit *llus-lla-llum* itemque generatim si in *n* et *r* quae litterae cum *l* adsimilantur. Sin aliter radicale nominis desinit, per vocalem quam dicunt ligationis jungitur diminutivae terminacioni siveque *ōlus* vel *ūlus* formantur justa casus; pari modo ceterae variationes usu venerunt. — L. Fanlo. C. M. F.

(1) Grammatico perfecto sec. edic. p: 143. Deminutiva vocant Stephanus et Forcellinius; cfr. ad verbum *sorbillio*.

EXERCITATIONES SCHOLARES

Aeróplanon et autocinétum

*Tuis superbus ne extollaris in bonis
 Atque tua cautus praevide pericula,
 Die quadam autocinetum verbis asperis
 Et aeroplanon devenere (1) in jurgium,
 Utrum majora ferret humanis bona. (2)
 Volucris machina contendit prima sibi
 Dari notas virtutis, quippe in dissitas
 Plagas terrarum advectet strenuos, simul
 Vario delectans montium atque vallium
 Et fluminum et oppidorum visu ab aëre,
 Fere aves ipsosque ventos aequans cursibus.
 Tuae plus aequo concedis superbiae,
 Aemula respondet machina, ad me pertinet
 Honoris laudumque evidens praestantia:
 Licet me cursu tu vincas aliquantulum,
 Ego tamen melius tutiusque deveho,
 Non mobili aurae insistens sed firmo solo.
 Suum capessunt utrimque iter. Aeroplanon
 Vias aethereas dum alis tranat celeribus,
 Oborto vento, decidens, male frangitur.
 Maligne ridet autocinetum concitos
 Agens orbes rotarum: mox tamen improbam
 Vicem fortunae patitur, namque dirutum
 Cadens in pontem rumpitur misserrime.*

L. ROCCI, S. J.

La raposa y la zorra

Habiendo subido una raposa (3) a una cerca (4), resbalóse (y habiéndose resbalado) cayó y se agarró a una zarza (5) para detenerse con su favor y ayuda. Como se lastimara (6) los pies con las espinas, dolíose de ello grandemente y dijo a la zarza: «Ay de mí: yo me he acogido a tí como a valedora (7) y tú me has

tratado tan pésimamente». — Respondióle la zarza: «Pobrecita, quisiste asirte de mí, que de todos suelo echar mano» (8).

Esta fábula nos enseña que de la misma manera son necios los que quieren valerse del favor de aquellos, a quienes es más natural hacer agravio a los otros,

P. Syri explanandae sententiae

- 21. Amici vitia si feras, facias tua
- 22. Amicum an nomen habeas aperit calamitas
- 18. Ames parentem, si aequus est: si aliter, feras.

(1) Estabieron una contienda;—(2) quien de los dos proporcionaba más provechos a la humanidad.—(3) *Vulpes, is;*—(4) *sepes, is;*—(5) *rubus, i;*—(6) *pungo, ere;*—(7) *fautor, oris;*—(8) *apprehendo, ere.*

Palaesticus Ephesis Suis

Los dos autos

En la capital (*in urbe principe*) de un país rico y esclarecido, sobre el cual (*quem, no quam*) el sol vida del mundo (*terrarum*), derrama poderoso sus rayos, esperaban a la vez dos automóviles junto a un suntuoso edificio a sus amos, que estaban a punto de salir. El mayor de dichos autos, adornado lujosamente con gran abundancia y esplendidez, ostenta la fortuna no pequeña de su amo; porque es de saber que desempeñando éste durante muchos años algunos cargos públicos, no descuidó ciertamente su bolsa de caudales, sino muy al contrario, a pesar de las murmuraciones del pueblo, la llenó cuanto pudo (*pro viribus*) de muchos miles de pesetas. (*R. González*). Dijo pues (*tum=conj*) al auto de peor calidad, ¿por qué no muestras un lujo semejante al mío? Respóndele el otro modestamente pero con libertad: ¿Acaso mi amo ha llegado al poder? (*N. Sánchez*). También (*et*) en nuestros días vemos Curios, Decios, Camilos y Arístides exentos de todo robo de estado, sórdido y repugnante fraude, y distinguidos por su desinterés: no obstante quizá esta fábula sirva de aviso a algunos. (*R. Balsells*).

De irruptione⁽¹⁾ barbarorum

Tribus Germanicae Romanorum (2) imperii victrices in victorum potestatem (3) cito devenerunt. Urbs dominatrix orbis barbarie (4) obrui potuit, sed civilitas

christiana Romae domina diluvio (5) superferebatur (*Valencia*). Baltici enim et linguam et religionem et industriam et (6) artes, omnia denique ab illis emendi caverunt quos erant funditus deleturi (7). Vestimentum primo (8) ab invasoribus fuit desertum. Cum autem nullus sit (9) mos qui translatus non decidat, aliquot post annos leges eorum nec Gotticae nec Romanae erant (*Solaesa*). Vergilio et Ciceroni opus fuisse (10) interprete ad capiendum earum gentium sermonem; vestes militumque ornatus, etsi in memoriam revocabant imperium, redolebant, si ita loqui licet, pelles tribuum caspiarum non plene induratas (*Nic. Sánchez*).

NOTULAE

- (1) *Invasio* est vox parum usitata. (2) Praestat Romanorum imperii quam imperii Romani, eo quod Latini concreta nomina abstractis anteferebant. (3) Accusativum petit semper motus in locum, quamvis immaterialis. (4) Sine praepositione, quasi esset instrumentum immersionis. (5) In dativo casu qui regitur a verbo *ex super* composito. (6) *Ei... et... et...* Gaudent Latini vel multiplicando conjunctiones vel eas penitus auferendo (7) Alios modos hujus orationis finalis non probamus. (8) *Primo* quasi audiretur loco et ut ne videatur cum verbo *vestimentum* concordare. (9) In subjunctivo, ob dependentiam ab oratione primaria (10) In subjunctivo, ut *aliquid irreale et transactum*.

Aenigmata

1. Sedula me fabricatur apis; sed si mihi demis Principium, gratus me colit usque nepos,
Resp. *Favus, avis.*
2. Sum bifrons: caput orbis eram, deus omnia vici;
Si me transpones, erit in me saepe periculum
Resp. *Roma, Amor, Mora*

Aenigma primum bene dirinaverunt P. Pages, Girabal, Baquero, Pérez, Briongos: utrumque vero M. Fierro, H. Serrano, M. Solaesa.

Mons Serratus

Montem Serratum! Quis Cathalaunorum animus sub hujusce nominis tam suavi evocatione corde non emolitur? Hominum, rerum, locorum sunt nomina quae mentem oblectant quod ei fidem, artem, scientiam, virtutem, patriae amorem obferant, ea omnia quae excellentiā et generis humani dignitatem faciunt, quaeque ubi venis delabuntur, nobilis superbiae et generosae aemulationis sensus infundunt.

Porro Mons Serratus has omnes rationes complectitur; namque est *fidei propugnaculum* in eo enim «Mater fidei» residet quae mellis dulcedine et mentes sanctas adicit et pusillanimes roboret et deviatas profugasque per viam rectam ducit atque securam; est *artis schola*, ibi enim pictores et sculptores, musici didicerunt et poētae, cuncti insuper pro sua quisque arte hujus throni divitias, gloriam et pulcritudinem laudibus extulerunt; est *templum scientiae*, Sacrarum praecipue Scripturarum cum Monachi, Montanae Virginis custodes, traditioni venerabilis Ordinis semper inhaeserint; immo nostra memoria eos videmus operam navantes prorsus «Bibliorum» ex

linguis originalibus in Cathalaunicum sermonem recto tramite mirabili translationi: est *operosa palaestra* ubi bellica virtus enituit hymno personans glorio- so, namque in Montis-Miraculi radicibus duo inlustria proelia fuerunt quae «Bruch» nomen aeternum effecere ac pariter victricem Cathalaunorum Reginam, pulcherrimam, inquam, Montis Serrati «Morenetam»; est tandem velut quaedam Patriae cathalaunicae *personalis expressio*,—quae manet in multiplici varietate una—ad pedes provoluta perinclytae Patronae cujus festivitatem annuam verique Patronatus quinquagesimam coluit atque concinuit elapso nuper anno cor unum factus, Principatus universus.

Ideo Mons Serratus proprio dicitur stella Cathalauniae quippe quae tamquam centrum est dirigen, tamquam compendium in natura divina manu constructum, quo inquietus et serenus sensus, et erectus vultus et firmitas et serenitas et clarus idearum ordo revelantur Gentis Cathalaunicae quae fortiter et suaviter in triumphi metam progreditur.

Thomas M.^a PLANAS, C. M. F.

Per orbem

Societas Latina Varsaviae constituta. Ephemerides atque commentaria passim retulerunt Varsaviae Polonorum societatem esse constitutam, quae satageret ut Latina lingua in civilibus negotiis, in mutuo populorum commercio in omnibus quibuslibet disciplinis, in optimarum artium scientia et exercitio in usum redeat Haec ex intimo corde laudamus studia atque ferventer exoptamus ut ad proxim quantumcū reducantur. Ornatisimus ac disertissimus Zielenski societatem moderatur, ad quam etiam viri Latinis in litteris versatissimi undique arcessentur.

Domus editionis «Loffredo». Haec domus, Neapoli erecta, multum operae et laboris in Latinis Graecisque edendis antiquis scriptoribus insumpsit, quibus nonnullae adduntur adnotationes in aiumnorum mediae institutionis profectum. Praecipui auctores hactenus editi sunt: Homerus, Sofocles, Plato, Lisias, Demosthenes inter Graecos; Cicero, Ovidius, Livius, Seneca, Martialis inter Latinos. Operum editioni M. Maggi praeest, vir quidem summis ingenii atque scientiae ornamenti praeditus, cui opem praestant C. Cessi, C. Del Grande, D. Bassi, G. Amendola, A. Annaratone, E. Guerriero, C. Zucchetti, S. Rossi.

«Testi Cristiani». Florentiae in Italia anno superiore ordiebatur opus Bibliothecae Cathalaunicae S. Paciā haud dissimile, de qua in PALAESTRA sermonem habuimus. Domus, cui nomen *Libreria Editrice Florentina*, auctorum christianorum scripta, qui ante saeculum XIV floruerunt, typis mandandi curam adgressa est, moderante Dno. G. Manacorda in Universitate Florentina illustri professore. Igitur cum res sit perdificilis et onerosa omnia quae supersunt integre recognoscere et imprimere, non nisi frusta selecta, uti editores Florilegii Patristici prius in Germania tentaverunt, de nonnullis operibus conlegentur.

Tria praecipua musea in Graecia. Commentarius *Le Mois* de tribus loquitur museis Graecis, quae in re artis atque historiae haud parvi momenti computantur. Unum plus 1000 picturis scatet, musivisque, manuscriptis ac sculpturis plurimis quibus artis Byzantinae a s. V processum facile persequi poteris. Alterum in Corcyra insula artis monumenta continent, inibi transactis saeculis detecta atque conlectionem plus 8000 artium elementis coalescentem ab Gregorio Manos liberaliter legatam. Tertium denique artis Byzantinae Musulamaeque constat reliquis ab Antonio Benakis traditis aliisque de arte orientali vestiglis.

Greece and Rome. Non deerant quidem apud Anglos de Latinis Graecisque rebus folia periodica, quod tamen nihil obstat quominus hodiernus ordinetur commentarius, *Greece and Rome* (Vol. I, n. 1, October 1931, Oxford).

Magnas persequi investigationes non intendit sed litterarum Graecarum et Latinarum studium fovere, quod C. Bailey in locutione ad lectores aperte declaravit, illum esse commentarii scopum adfirmans quod in his verbis continetur: ἀλλ᾽ οἴδι χαίρων καὶ πρᾶξεις κατὰ νοῦ...

Revista Histórica Romana. Inter Rumanos commentarius prodit de originibus, vita, progressu Romani populi, cuius regendi munus Dnus. L. Lambrino

suscepit. Ipse Lambrino jam dudum de alterius commentarii origine locutus fuerat, cui titulus «*Revue des études classiques*».

Vita funeti viri clariores

Victor Bérard subita morte correptus est, quo tempore in eo comitiorum Nemausi celebrandorum ordinatores magnam spem posuerant. V. Bérard in Homericis scriptis fuit assidue versatus; per annos plus 40 in Odysseae recognitione et translatione insudavit, neque tamen in sola textus investigatione stetit, sed plures in Graeciam perrexit ubi de locis et rebus adcuratius investigaret; quae de Odyssea supersunt adnotaciones, aliquatenus mirae quandoque videntur, quae tamen minime prima fronte rejiciendae. Neque in hoc stat laudati scriptoris gloria: ipse in Gallia antiquae mythologiae cognitionem suscitavit atque per commentarios «*Revue de Paris*» ac «*Revue des deux mondes*» vulgavit.

Fridericus Gundolf alias *Gundelfinger* primum et quinquagesimum agens annum recens mortuus est. Inter hodier nos scriptores Germanos ipse facile princeps reputatus, qui Caesari judicatus est par in virtute, Shakespeare in spirituallibus mentis conceptibus, Goëthe in dissertissima eloquitione. Illius exstant opera de Heinrich von Kleist, de Goëthe, de romanticismo et classicismo pluribus partibus laudanda.

Ul. Wilamowitz von Moellendorf aetate trilium et octoginta annorum non inmatura morte obiit mense septembri. Inter scriptores commentarii «*Rivista di Filologia e di Inst. Class.*» recensitus, in philologicis disciplinis optime claruit,

C. O. Zuretti, cum ubiores ex illius meritissimis laboribus sperabamus fructus, tunc quidem extremum vitae diem obiit.

Atque etiam in Italia supremum vitae diem nuper egerunt *Attilius Barriera* et *Paulus Fossataro*, quorum primus scriptis Romani Oratoris ferventer vacavit, alter vero Neapoli in linguarum Graecae et Latinae institutionem toto animo incubuit.

J. D.

Capellanus Andreas. De amore libri tres. *Text llatí amb la traducció catalana del segle XIV. Introducció i notes per Amadeo Pagés. Castelló de la Plana. 1930.*

Exhausta prima editione Catalaunica rari illius operis «Regles de amor» quod Pagès redditum noverat ex Latino «De amore libri tres» cuius erat auctor Andreas Capellanus, regius Francorum, Culturalis Societas Castellonensis in lucem prodidit non iam Catalaunicam seorsum editio nem, sed eam pariter cum textū originali Latino. Quam quidem rem laudato A. Pagès commisit eruditissimo viro, qui volumen etiam introductione honestavat super influxu operis «De amore» seu «De Arte honeste amandi» in antiquis praesertim Catalaunorum litteris. Sermo, ut illo tempore saeculo XII, non aspernandus et numerus orationis in aures mīrōm in modum cadens. In primo libro perseguitor auctor quid sit amor, unde dicatur, quis ejus effectus, inter quos possit esse, qualiter adquiratur; in secundo qualiter retineatur, augeatur minuatur, firmetur, de notitia amoris mutui, quid unus amantium agere debet altero fidem fallente; tandem in tertio de reprobatione amoris. Omnia agit auctor quasi indulgens amoris ita tamen ut credat intra bonorum morum fines eum continere, quod non semper adsequitur, nam ut ait poeta «quis modus adsit amor?» Tertius liber qui juventuti fructuosior evaderet, caret Catalaunica translatione sicut alia capita praecedentium librorum quae minus ad equites aevi medii facere viderentur. Prudentibus viris qui calidam juventutem in amoris semitis regere debent, opus utile judico.

René H. Thierry -Método de Francés. *Obra rigurosamente graduada, al alcance de todas las inteligencias.*

Libro primero.—Comprende explicaciones teóricas sobre las dificultades gramaticales de la lengua francesa, vocabularios y diálogos comparados, ejercicios de traducción, material destinado a prácticas de conversación y variedad de ejercicios directos de aplicación gramatical
Segunda edición.

Libro del Maestro. Clave de Ejercicios. *Traducción y desarrollo de todos los ejercicios comprendidos en el LIBRO PRIMERO.—La clave concuerda exactamente con la seguuda edición del LIBRO PRIMERO.*

Libro segundo. *Obra basada en procedimientos esencialmente prácticos y al alcance de todas las inteligencias. Volumen indispensable a quienes hayan estudiado el primer libro y deseán aumentar el caudal de sus conocimientos de lengua francesa.—Contiene magníficas y extensas descripciones y diálogos en francés eminentemente práctico sobre cosas y escenas de la vida corriente en Francia; comentarios gramaticales; vocabularios; ejercicios de traducción y conversación etc.*

Libro del Maestro-Clave de ejercicios y de conversación. *Contiene la versión de todos los ejercicios y la respuesta a cada una de las preguntas comprendidas en los apartados «Conversation» del LIBRO SEGUNDO. (Edit. Magister Puerta del Angel, 1 et 3 Barcelona.*

Tua maxime interest, lector, novam eamque efficacissimam Thierry methodum cognoscere ad linguam Gallicam ediscendam. Quotquot eam tractaverunt praeceptrores optimam esse senserunt. Apud nos etiam est exhibita magno alumnorum fructu. Arte paedagogica pollet gradatim enim et alacriter difficultates omnes et in scriptura et in conloquio passim inventandas superat. Tum praecores, tam discipuli hac simplici methodo nomen adipiscuntur. Utilissima est tam ad publicas scholas, quam ad studium privatum.

Emm. JOVÉ, C. M. F.

Georgin, Ch. GRAMMAIRE GRECOUE.
Paris. Libr. A Hatier, 8 rue d'Assas, VI, 1932.

Ut modeste profiteretur Ch. Georgin scribere non intendit novum omnino librum sed manualem, eumque practicum Graecae linguae. Enimvero neque deest libello novitas neque consilium et est in primis practicus ut voluit auctor: *j'ai proferé plus d'exemples et moins de commentaires*.

Prae oculis habuit se tironibus praecipue vacare atque quantae sint illis utilitati et necessitatii persuasus variae vocabulorum formae seu morphologia, diligentiore cura hanc partem elaboravit. Paradigmata tum declinationum tum conjugationum sine scrupulo multiplicavit atque ut juvenum pupillas vividius feriret crassioribus notavit elementis peculiares cujusque speciei terminaciones. Ne tamen cottidianum paradigmata fractum fastidirent alumni, passim regulas syntacticas majoris momenti per morphologiam sapienter disseminavit quibus illi et aspero variarum formarum labore adleventur et facili traslationum exitu in linguam atticam ediscendam alacriore animo erigantur.

Quam ob rem etiam pars syntactica parum gravis fit discipulis quae fere tota est in orationibus compendiosa quidem at minime deficiens neque inexacta. In appendice verborum irregularium seriem tradit atque duplum completissimum indicem vocabulorum tum Graecorum tum Gallorum. Quibus omnibus optimam addat lector typographicam presentationem et habebit opusculum in suo genere perfectum.

Georgin, Ch. *Dictionnaire Grec-Français*. Hatier 1932.

Vocabularium est non solum ad crumenam, sed etiam ad manum ut inseparabilis sit scholasticorum comes. Graecae linguae tironibus elaboravit doctissimus professor Ch. Georgin et hercule praeter brevitatem in parvo volumine invenient illi alias haud paucas opportunitates: propriam vocabulorum significationem maiusculis litteris, quid regat quodque speciale verbum et adjecitivum, et formas irregulares in quibus facile erraveris nisi fueris monitos. Vocabularium manuale exemplorum exceptionumque abundantiam non admittit, illud tamen non deest in necesariis. En tibi exemplum quasi alea desumptum: νομίζω, (f. iow, att. ιῶ: pass. aor... ἐνομίσθη), 1.º Tenir en usage; avoir pour loi, acc. νομίζεται, c'es un usage de; τα νομίζομενα, les usages. 2.º Practiquer habituellement; employer comme monnaie, dat. 3.º Penser; Juger, estimer: κακόν τινα νομίζειν, regarder q'un, comme un méchant; νομίζομεσα εἶναι Θεόν, nous croyons que Dieu existe.

I. OTAZU, C. M. F.

Prof. Emmanuel Jové, C. M. F.
Moderator

Typographia F. Camps Calmet, - Tarregae